



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

Excommunicatio ex quibus causis fiat, vel non.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

ne autem vel statuto fertur & optime pro futuris culpis infligitur, vnde & in hac secunda specie censet gloss. esse admittendam responsum text. in d. cap. vt animarum periculis. & vere hæc interpretatio probatur in d. cap. vt animarum periculis. cui maxime conuenit. & tamen an eodem modo conueniat in cap. à nobis. plerique dubitarunt, intelligentes illam constitutionem etiam in sententia hominis, & iudicis. sed ratio differentie inter generalem hominis sententiam, & legis ea potest esse, quod lex possit respicere, & frequentissime omnino respiciat futura: sententia vero hominis potissime presentia tantum tractet. glo. in d. c. vt animarum periculis. & in hac q. gl. in d. c. Romana. §. caueant. quam dixit fing. esse Barb. in c. p. & G. de offic. de leg. col. 12. notant Card. in Clem. 1. q. 32. de priuileg. Henr. post alios in d. c. à nobis. qui & Franc. in d. §. caueant. octo differentias tradidit, inter sententiam iudicis generalis, & statutu.

Sunt tamen qui opinentur, posse intelligi decisionem text. in d. cap. à nobis in sententia excommunicationis lata ab homine, vt ea generaliter ferri possit pro futuris culpis, nõ tamen indistincte, & semper: sed ex causa tantum, quæ quidam causa hæc generalem excommunicationem permittat quod satis conceditur, & permittitur in d. §. caueant. vbi subditur: aut alia rationalis causa substat. Causa vero, quæ possit his generalibus excommunicationibus iustam occasionem exhibere, contingit, quoties aliquod delictum in aliqua vrbe, vel prouincia frequentissimum sit, poterit etenim sententia excommunicationis ab homine generaliter ferri ad imitationem legis, & canonis, in eos, qui illud crimen commiserint. Nam cum moneantur ab ipso iudice, ne id committant, & nihilominus minime vereantur contumaci animo scelus ira vitium perpetrare, iuste excommunicantur, donec satisfactione præmissa, abolutione ab ecclesia humiliter petitione postulauerint. idem etiam dici potest quoties aliquod crimen coniectura maxime verosimili timetur, Cauter siquidem tunc generalis ab homine fertur excommunicationis in eos, qui id delictum commiserint: & hæc excommunicatio generaliter ab homine lata pro futuris culpis similis esse videtur statuto, vt Anto. existimat in d. cap. à nobis. Atque ita forensi vsu & praxi iam diu inductum est, quod istæ excommunicationes generaliter ferri ab homine possint pro futuris culpis.

Plurimum tamen refert, si an excommunicatio generalis pro futuris culpis feratur per canonem, vel statutu, an sententia hominis, vt iudicis: priori siquidem casu ligatur hac censura, qui aduersus prohibitionem egerint inter legislatoris territorium. quamuis eo tempore, quo lata lex fuit, minime essent subditi illius canonis, aut legislatoris. Itæ eadē afficietur exteri nõ subditi, intra territorium legislatoris delinquentes. Nam & præter alia, ratione delicti quis foris sortitur, cap. vt. de foro, comp. notant omnes in c. 1. de rapt. Bar. & alij in l. 1. c. de summa trinit. & in l. 1. ff. de iurisd. omni. iud. idcirco lex lata in aliqua prouincia, cū futura maxime spectet, obligat nõ tantu eo tempore subditos, sed & eos, qui futuris temporibus, dum lex ipsa vim habuerit, eidem prouincie subditi fuerint. quod communi omnium sententia post glof. ibi definitum extat in d. c. à nobis. Posteriori autem casu tantu hi sententia ligantur, qui tempore sententiæ sub iudicis eam pronunciantis iurisdictione continebantur, & ei subditi erant, non autem futuri subditi: quia sententia referenda est ad tempus, quo pronunciat. Quam conclusionem tenent Panorm. & Dd. in d. c. à nobis. post Innoc. Sed et si perpessa horum authorum ratione possit ita hæc distinctio proponi: tamen ipse Panorm. & alij vltimino Iuriconsulto fuisse ad accipiunt in hoc sensu, vt hæc sententia generali non ligetur non subditi delinquentes intra territorium proferentis, & pronunciantis illam: est & alia inter statutu, & sententiam differentia, quæ traditur à gl. communi omnium consensu probata, in d. c. Romana. vers. etenim excommunicatio lata per statutu Archiepiscopi Metropolitanis ligat non tantu subditos proprios ipsius Archiepiscopi ratione diocesis, quam à suffraganeis distinctam habet: sed & eos qui suffraganeis subditi sunt, & singulos totius prouincie. At excommunicatio lata per sententiam Metropolitanis tantum eos afficit, qui eidem Metropolitanis causa, & iure distincte diocesis sunt subiecti: vnde fit, vt appellatione subditorum alicuius Archiepiscopi proprie comprehendantur diocessani, non prouinciales, quamuis & prouinciales sint & Archiepiscopo subditi mediate: nempe, quia Metropolitanus superior est Episcopis, & suffraganeis totius prouincie: & eorum omnium iudex, ac denique per appellationem

prouincialium tractare potest, & debet, vt probatur in venerabilibus, super eo tit. & alibi ipsissime.

¶ Oritur tamen in hac controversia dubitatio, quoties excommunicatio pro futuris culpis lata sit per legem aut statutu, an ea ligetur subditis statuentis agens contra ipsius statuti prohibitionem extra territorium? & dubio procul, vbi simpliciter statutu excommunicationem inducit, minime ea ligabitur subditis statuentis delinquentes extra ipsius territorium. c. vt animarum periculis, de cons. in 6. d. vlt. ff. de iurisd. omni. iud. & est communis opinio, vt fatetur Dd. presertim Paul. Paris. cons. 159. col. 2. lib. 4. Fel. in d. c. à nobis. Rochus Curt. de consuetu. q. 13. & Henr. Bottæus in tract. de Synodo. 3. part. art. 2. nu. 21. Alex. cons. 111. incip. Ponderatus verbis nu. 1. & 2. lib. 1. notat. Bart. in l. cunctos populos. C. de summa trinit. vers. 8. in 2. membro quod tamen nu. 45. constanter alleuerat, contrarium respondendum esse, vbi statutu generale expressim eandem excommunicationem indixit aduersus subditos extra territorium delinquentes. id etenim posse fieri probare videtur text. in l. vlt. ff. de decret. ab ord. sac. Hanc Bar. opinionem sequitur Hippol. in d. vlt. ff. de iurisd. omni. iud. n. 142. & cum ea transit Signor. de Homode. in d. l. 1. & plerique alij, quorum nimit hanc opinionem sequitur Ale. cons. 41. lib. 5. idē Alex. inibi dubius in d. consil. 111. numero. 1. & testatur Rochus in d. l. 1. quæst. 3. omnes Doctor. transire cum opinione Bart. cuius opinionem probat Bottæus in dict. artic. 2. num. 25. in pena statuti per sententiam imponenda idem Carol. Molin. in d. l. Alex. consil. 111. h. j. etenim, & alij veram esse censet Bart. opinionem, quæ quidem sententia iure defendi non potest. Nam in d. vlt. & in d. cap. vt animarum. §. statutu. palam constat, legem aut canonem, vel statutu minime vim habere extra territorium statuentis: cum id habeat vim à potestate ipsius legislatoris, quæ nõ egreditur proprium territorium. Sic dicitur que Bartol. assertionem falsam esse censent Angel. & Paul. in d. l. 1. Panorm. & Fel. in d. cap. à nobis. de sentent. excomm. & ibi Card. idem Abb. in cap. vltim. de foro compet. nu. 40. Domin. & Ioan. Crot. in l. vltim. notat. in d. l. 1. cap. §. statutu. optime Paul. Paris. in dict. consil. 159. col. 1. & 2. lib. 4. Bertach. 4. lib. de episcop. 2. part. nu. 34. & Rochus Curt. in d. quæst. 14. quorum opinio iure certior est: nec potest commode Bart. sententia defendi: idcirco oportet animaduertere, an quidquam hac in disputatione motuere possit Iuriconsulti locus in d. l. vlt. ff. de decret. ab ord. sac. cuius hæc sunt verba: Municipali lege ita cautum erat, si quis extra municipium iudicio agat, prohibeatur. & soluat drachmas mille. si licet ne agere debeat, vel stare, vel aliquam negotiationem exercere extra municipium: quæstusum est, &c. Hæc inibi Iuriconsulti iuxta vulgarem lectionem, ex qua Roman. in singul. 5. 16. adnotauit, polle civitatem, & principem inferiorem lege lata prohibere, ne quis ei subditus extra civitatem, vel prouinciam mercatoriam exerceat, domicilium ve habeat. idem & Rochus Curt. in d. quæstione. 13. fere ad finem, in l. limitatione. quæ quidem lex multis iusta censeri poterit, quæ modo missa facimus, tantum id tractaturi, an hæc adnotatio in d. l. vltim. probetur, & denique probatur inibi, si lectionem vulgarem probauerimus. at si Iuriconsulti locus ex Græco aliter deducatur in Latinam linguam, non ita Romani opinio ibidē constabit: imo erit satis ab ea responsione aliena. etenim Andreas Alciatus lib. 2. d. disputat. c. 18. Græcam illam legem municipalem ita ad verbum transfert. Si quis extra collegium experiri iudicio voluerit, prohibeatur, & soluat drachmas mille. Nam quæ vulgo in eodem responso continetur, existimat idē Alciatus, addita omnino Iuriconsulto fuisse ad aliquo forsan, qui nec Græca, nec Latina intellexerat: ecce lector candide legē illā municipale, cuius meminit Iurisc. consultus nihil statuisse circa actum extra ipsius municipii territorium contingentē, sed punire constituit, agentē extra collegium forsan aduersus alterum de curionem, etiā si intra municipii territorium ageret. in plerisque siquidē rebus collegium ipsum iurisdictionem intra totius municipii territorium habeat. Nihilominus vera est Romani sententia, quoties ea lex facta fuerit in vtilitatem illius municipii, quod eā statuerit. Nec tunc punitur delictu eomissum extra territorium simpliciter. sed offensæ per subditum proprie civitati, & patrie facta: quæ ratione potest subditus alicui principi eius legis comprehendere, & puniri propter obligationem quæ is tenetur patrie vtilitati publica diligenter obseruare, vel ab ea discedere amissa cuius & incole conditione, eiusque priuilegiis & iuribus priuatus alio domicilium transferre.

hominum malicia quotidie crescens locum fecit, admittenda videtur, & probanda hac forensis conclusio: modo caute, non temere, ea iudices vtantur. Etenim posse consuetudine hoc inducere, ac derogare iuris responso in d. §. *cauent*. exposito, admodum probabile censeri debet: siquidem & forma, aut solennitas statuta in c. 1. sub eod. tit. tolli consuetudine forensi potest, sicuti opinatur Aegid. à Bella. in decis. 243. & 339. ad Gul. Cassad. in decis. 2. tit. de pens. super reg. cancell. nu. 10.

His omnibus adiciendum est, in d. §. *cauent*. regulam, & exceptiones constitui in eum modum: quem paulo ante in huius §. initio retulimus. Et tamen hinc apparet, non satis cogitare exceptionem illam, nisi culpa, vel offensam praecesserit: illi regulae, quae dictauit, etiam pro commissis culpis non esse quae excommunicandum ea conditione, si intra certum diem non satisfecerit: cui praedicta exceptio adheret. Si quidem permitteret tex. in exceptione, quem excommunicari pro offensa, vel culpa commissam ea conditione, si intra diem certum non satisfecerit, quod in regula ipsa negauerat. idcirco ita est explicanda responsio illius capituli, ut duas ex eo constituamus regulas, quarum cuiuslibet propriam, & deinde communes aptemus exceptiones. Prior regula statuit, non esse ferendam excommunicationem pro futuris culpis. Huic autem exceptio secunda conuenit, scilicet, nisi vel culpa, vel offensa praecesserit: tunc enim non tantum pro ipsa praeterita culpa, aut offensa excommunicatio poterit pronunciaris, sed & pro futuris, ut inibi tradidit gl. in verb. culpa. & verb. offensa. Posterior autem regula id habet, quod excommunicatio minime feratur ea sub conditione, si intra decem dies non satisfecerit, & huic regulae conuenit exceptio illa: nisi mora in satisfaciendo praecesserit. vtrique vero regulae ea exceptio generalis apta videtur, aut alia ratio nabilis causa subsit. In hunc sane sensum, nisi fallor, accipienda est praedicta decisio tex. in d. §. *cauent*.

In hac autem sententia excommunicationis conditionali est illud praecipue obseruandum, quod si adueniente die vel conditione ipsa excommunicatio effectibus quo ad vinculum, siue quo ad poenas iure statutas, tunc profecto ignorantia reddet quae immunem, & liberum, cu iuris communis ignorantia iusta sit, & iure quempia excusare valeat, non alias. quod ab omnibus his colligitur, quae solent tradi de ignorantia iuris, atque in specie admonet Ludo. Gomez. in reg. de subrog. collat. q. 7. Hadr. in 4. sent. in tract. de clauib. q. 3. res. ex his aliter. & ver. fortassis. & statim amplius probabitur. Quibus quidem perpenis apud Romanam curiam forensis vius obtinuit, excommunicationem ab initio, & die constitute pensionis indicam ea conditione, si pensio soluta non fuerit, ligare ipsum, qui ad pensionem soluendam tenetur, si per ipsum eidem pensioni consensit, etiam si litera, quibus pensio constituitur, non d. fuerint ostensae, & per speciale demonstrationem cognita. Quod si quis per procuratorem pensio consenserit, & intra diem praesentem eam non soluerit, minime afficitur excommunicationis sententia, donec litera, quibus pensio fuit constituta, sibi fuerint cognitae, & solenniter ad solutionem pensionis ostense: quod expressim tenent. Gul. Cassad. decis. 2. tit. de pens. super reg. cancell. & decis. 12. de rescri. & Hier. Gigas. de pens. q. 94.

In summa, sententia excommunicationis latae a canone, tunc demum ignorantem non ligabit, cum ea canonis, & iuris ignorantia ipsum legis transgressorem a mortali culpa excusauerit. Quod Hadr. in d. q. 3. non semel admonet tradit optime Alfonso à Castro de potest. leg. penalis. lib. 2. c. 14. vers. prima propositio. Superius etenim ostendimus, non aliter quam pro mortali culpa censuram istam esse infligendam, vel a iure inflictam censeri. Quod obseruandum est ad huius questionis integram cognitionem ex dictis, & traditur in d. reg. possessor. 2. par. §. 7. nu. 7. passim iuris vtriusque Dd. aliquot in specie tradidere, quae necessario sunt explicanda.

¶ Primum etenim queritur, quid de excommunicatione lata per statum alicuius provinciae speciale. & tex. in c. 2. de constit. isto lib. decreuit, non ligari ea excommunicatione ignorantem. Statutum enim est quid facti, cuius ignorantia praesumitur, & regulariter absque culpa contingit. Sic etenim obrentum est in d. c. 2. & in l. vlt. ff. de decret. ab ord. sac. l. generalis. c. de tab. li. 10. Qua de re optime in pulchro casu tractat Math. Afflic. in consil. Neapol. Rubr. l. c. n. 8. lib. 1. & Henr. Botteus in tract. de Synodo. 3. part. art. 2. nu. 35.

Scribit tamen Bern. in dic. à nobis. excommunicatione specialiter statuto latam pro actu iam lege diuina damnato statim afficere, & ligare eius actus auctores, etiam ignorantem.

Praeter haec quae de hac excommunicationis censura in hac ac canonice ferenda modo adnotauimus, superest, vt eandem intendentes scopum illud admoeamus: nempe excommunicationem vel hominis, vel iuris nusquam, regulariter saltem ignorante afficere. Na excommunicatio, vt diximus, ferenda est in contumacem. c. nemo. l. 1. q. 3. quae quidem contumacia profus abest ab ignorate. l. qui ignorans. ff. locari. cum alius quae possent ad hoc induci: praemaxime tex. in c. 2. de constit. si verum 2. isto tit. c. vlt. qui mat. accus. post. l. vlt. ff. de decret. ab ord. sac. l. 1. ff. de leg. 1. Methrodorum. ff. de poenis. Ex quibus satis colligitur, constitutionem, vel statutum alicuius provinciae colligitur, constitutionem, vel statutum alicuius provinciae colligitur, colligitur, vbi ignorantia culpa caret: nec crassa aut lapsa dici potest, quemadmodum explicat Panorm. Fel. & Dec. in d. c. 2. gl. in l. 1. ff. de recept. Roman. consil. 473. Hac tamem in parte mislam faciemus quaestione illa, quando iuris ignorantia excuset quae a poena, à damno, vel aliis, quae iure sunt à subditis agenda, tractaturi tantum de ignorantia quo ad excommunicationis censuram, an ea ignorans ligari valeat. Etenim an vere excommunicatus, si huius excommunicationis inficius celebraverit, sit puniendus vel sit irregularis, & an collatio beneficii ei facta valida sit, scripsimus superius in §. 7. nu. 3. & in §. 6. nu. 9. obiter etiam de ignorantia culpabili aliquot adnotauimus in regul. possessor. 2. par. §. 7. nu. 7. de reg. iuris. Igitur ad quaestiones resolutionem distinguere oportet excommunicationem hominis ab excommunicatione iuris. Nam praemissa canonica monitione iuxta constitutionem c. sacro co. tit. potest quis absens, & ignorans excommunicari ab homine. tex. in c. cum sit Romana. §. vlt. de appell. gl. & inibi Panorm. & alii in c. Apostolica. de cler. excomm. ministr. not. Pan. Castr. in l. absent. ff. de don. & in l. si absent. ff. de acquir. possess. Quo quidem casu excommunicatio quo ad vinculum etiam in ignorantem, & inficium proprium effectum operatur: sicuti communi omnium sententia decisum est post gl. in d. cap. de postolica. de excommunicatione lata iure communi, siue tractemus de ipsius excommunicationis effectibus quo ad vinculum, siue quo ad poenas iure statutas, tunc profecto ignorantia reddet quae immunem, & liberum, cu iuris communis ignorantia iusta sit, & iure quempia excusare valeat, non alias. quod ab omnibus his colligitur, quae solent tradi de ignorantia iuris, atque in specie admonet Ludo. Gomez. in reg. de subrog. collat. q. 7. Hadr. in 4. sent. in tract. de clauib. q. 3. res. ex his aliter. & ver. fortassis. & statim amplius probabitur. Quibus quidem perpenis apud Romanam curiam forensis vius obtinuit, excommunicationem ab initio, & die constitute pensionis indicam ea conditione, si pensio soluta non fuerit, ligare ipsum, qui ad pensionem soluendam tenetur, si per ipsum eidem pensioni consensit, etiam si litera, quibus pensio constituitur, non d. fuerint ostensae, & per speciale demonstrationem cognita. Quod si quis per procuratorem pensio consenserit, & intra diem praesentem eam non soluerit, minime afficitur excommunicationis sententia, donec litera, quibus pensio fuit constituta, sibi fuerint cognitae, & solenniter ad solutionem pensionis ostense: quod expressim tenent. Gul. Cassad. decis. 2. tit. de pens. super reg. cancell. & decis. 12. de rescri. & Hier. Gigas. de pens. q. 94.

In summa, sententia excommunicationis latae a canone, tunc demum ignorantem non ligabit, cum ea canonis, & iuris ignorantia ipsum legis transgressorem a mortali culpa excusauerit. Quod Hadr. in d. q. 3. non semel admonet tradit optime Alfonso à Castro de potest. leg. penalis. lib. 2. c. 14. vers. prima propositio. Superius etenim ostendimus, non aliter quam pro mortali culpa censuram istam esse infligendam, vel a iure inflictam censeri. Quod obseruandum est ad huius questionis integram cognitionem ex dictis, & traditur in d. reg. possessor. 2. par. §. 7. nu. 7. passim iuris vtriusque Dd. aliquot in specie tradidere, quae necessario sunt explicanda.

¶ Primum etenim queritur, quid de excommunicatione lata per statum alicuius provinciae speciale. & tex. in c. 2. de constit. isto lib. decreuit, non ligari ea excommunicatione ignorantem. Statutum enim est quid facti, cuius ignorantia praesumitur, & regulariter absque culpa contingit. Sic etenim obrentum est in d. c. 2. & in l. vlt. ff. de decret. ab ord. sac. l. generalis. c. de tab. li. 10. Qua de re optime in pulchro casu tractat Math. Afflic. in consil. Neapol. Rubr. l. c. n. 8. lib. 1. & Henr. Botteus in tract. de Synodo. 3. part. art. 2. nu. 35.

Scribit tamen Bern. in dic. à nobis. excommunicatione specialiter statuto latam pro actu iam lege diuina damnato statim afficere, & ligare eius actus auctores, etiam ignorantem.

Alfonsum à Castro, l. 2. de potest. legis pen. qui potissimum tractat, obligationem naturalem in ipso delinquente constituit ad legis penam subeundam.

Hinc denique gloss. Bart. & huius opinionis auctores sequuntur, verum esse cetero, posse puniri poena statuti municipalis, vel episcopalis constitutionis eum, qui in scitis, & huius poenae ignarus crimen lege diuina prohibitu, vel humana poenae ignarus commiserit: cui iuris diuini vel humani generalis constitutio specialis poenam addiderit. quam sententiam communem esse fatetur, eam probans Carolus Molin. in consuetud. Parisiensis. §. 30. quest. 41. col. 1. & hæc generaliter dicta sunt. nam & generaliter Scot. in 4. sentent. dist. 6. quest. 8. hanc vltimam opinionem sequitur, saltem vbi actus est iure diuino statutus. Ceterum de excommunicatione, etiam indicta ob crimen aliquo iure diuino, vel humano vniuersali datum, per speciale alicuius diocesis statutum, aut constitutionem, quod ea minime ligetur, qui hanc poenam constitutionem ignorauerit, eiusque sit in scitis, responderit Anton. Abb. & Fel. in d. c. a nobis. Syluest. in verbo, excommunicatio. 2. not. ab. 3. Ioan. Maioris. in 4. sentent. dist. 18. q. 4. colum. penult. rursus & idem Syluest. in verbo, ignorantia. §. 8. Ioan. Driedo. de liberti. Christi. l. 2. ex. supradicti. pagina 246. in hoc ipsum declinat Hadrian. in 4. sentent. tractat. de clauibus. quest. 3. versicul. sed magis dubium. & est communis opinio, vt eam sequutus auferit Ioan. Crotius in c. vt in marinarum periculis. in princ. colum. penult. de constituti. in 6. qui textus pro huius sententiæ decisione passim ab omnibus citatur: sed ipse non video, qua ratione possit excommunicationis poena distinguui ab aliis. nec enim est necessarium ad excommunicationem, quod qui ea ligandus est, huius poenae scientiam habeat: siquidem absens, & ignorans excommunicationem potest quemadmodum iam hoc in §. admonuimus. idcirco satis est, quod sciam actum istum damnatum esse, vt iuste ligitur poenis iure statutis contra agentem illum, tamen si omnino sum incertus, quænam poena sit iure in eo casu statuta, atque ideo mihi non placet hæc opinio Anton. Abb. & aliorum. Denique sequor in hac specie glo. in d. c. a nobis: quæ etiam de excommunicatione tractat: & huius sententiæ auctores itidem erunt hi, qui gl. in d. c. a nobis: quæ etiam modo citauimus. Non obertit tex. in d. c. vt in marinarum periculis. quippe qui omnino sit distinguendus in duas partes, quarum prior generalis est, & diffiniuit, statutum episcopi minime ligare ignorantes, qui probabili & iusta fuerint affecti ignorantia: in hac autem parte nequaquam ponit illa constitutio exemplum in statuto prohibente, & puniente actum iure diuino damnatum. quo fit vt congrue tex. ille admittat distinctionem gl. in d. c. a nobis: quia vbi actus aliqui illicitus statuto episcopi puniuntur, ligatur statuti poena omnes, qui se iure vel scire debent, actum illum illicitum esse, quamuis ignoret statuti poenam. At posterior eius constitutionis pars, duxerit exemplum subiecit de statuto episcopi puniente furtum, & sic actum iure diuino & naturali illicitum, non de ignorantibus, sed de non subditis loquitur, qui puniendi non sunt, nec ligantur poena statuti, et actum illicitum puniunt. Sic sane illa constitutio intelligenda est, vt minime refragetur opinioni gl. in d. c. a nobis.

Præter hæc considerandum est, ignorantiam iustam, inuincibilem & probabilem non alia ratione excusare, quàm quod efficiat actum inuoluntarium quoad eius malitiam & vere non poterit aliunde assumi vis, & effectus ignorantie: siquidem agitur nunc de peccato, & de poena, quæ ratione culpe, ac peccati iure infligitur, quod palam probat tex. in c. 2. de constituti. dum illam regulam: Rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit: ad ignorantes tetulit. Nihil autem potest esse peccatum, nisi sit voluntarium: id vero, quod procedit ex ignorantia inuincibili, non est voluntarium, ergo illud non est peccatum, quod ex Augustino superius ostendimus, & constat ex Aristotele, 3. Ethicorum. c. 1. diuino Thoma prima sententia. q. 76. omnibus eius questio. articulis: quib. consentiunt iura, quæ passim ad consensum scientiæ exigunt, & ignorantia ac errorem consensui contrarium esse censent. dicitur sane inuoluntarium, quod ab ignorantia procedit, non quidem ex eo quod illud non processerit à voluntate, & fuerit voluntariam vere actus is voluntati tribuendus est, sed dicitur actus inuoluntarius, quia est contra uolitionem, aut nolitionem, quæ haberetur sine tali ignorantia, quod explicat Thoma. in 2. q. 76. art. 1. & 3. quod si verum est, ignorantia non alia excusata à peccato, & deinde ab eius poena excusare, quàm quia ratione actus inuoluntarii nulla sit operationi malitia: consequitur manifeste, tunc solùm ignorantia à poena excusare, cū

fuerit inuincibiliter ignoratum id, à quo peccati, & actus malitia pedit. etenim hæc collectio manifesta est ex Aristotele in d. c. 1. & c. 5. Tho. in d. art. 3. Nam cum ad ignotum non possit ferri voluntas. l. Labeo. ff. de supel. leg. & voluntas sit actio intellectus cognoscentis, nec quisquam dicatur velle, quod in mente non cogitauit. Bal. in l. de quib. col. 4. ff. de legi. patet ignorantiam excusare à culpa, & à poena eius ratione indicta, vbi illud, quod ignotum est, ad malitiam actus pertinet: & rursus non excusare, si ignorantia non sit eius, quod ad malitiam actus actinet: quia in hac specie ignorantia non constituit inuoluntarium, nec est causa causalis illicitæ operationis: hoc ipsum & D. Tho. in d. art. 1. eleganter exponit. igitur oportet expendere, an in eo qui furtum committit scies illud iure diuino & humano vniuersali danatum esse, ignorans tamen, pro eo crimine synodica episcopi constitutione latam esse ceterum excommunicationis: ignorantia contingat circa id, quod peccati, & actus malitiam constituit, & à quo malitia tota peccati pendet. profecto non possum mihi aliud persuadere, quàm quod modo significabo. existimo equidem furtum à constitutione Synodica episcopi puniri. deinde in hoc exemplo furti malitia minime propter istam ignorantiam cessare, nec totam, nec eius partem. vnde necesse erit asserere, ignorantiam poenæ & excommunicationis nequaquam tollere malitiam actus per statutum puniri, id est, furti, atque ideo minime à poena pro eo statuta excusare.

Secundo principaliter hoc in tractatu queritur, quid de excommunicatione lata per canonem Romani Pontificis pro actu iure diuino damnato? & gl. in d. c. vt in marinarum periculis. in verbo, statuta. sentit ignorantiam non excusare ab excommunicationis poena, eandem opinionem facillime admittent, qui sequuti sunt gl. in d. c. a nobis. & expressim tenent Syluest. in verbo, excommunicatio. 2. not. 3. Ioan. Maior. de liberti. Christiani pag. 246. Hadrian. in d. q. 3. de clauibus. ver. sed magis dubium. & vers. ex his. qui & hoc ipsum verum esse existimant, etiam vbi ignorantia iuris humani, & Pontificij probabilis sit: vt hinc tandem excludat Angeli distinctionem, quæ in verb. excommunicatio. 7. casu vi. hanc opinionem tenet in quibusdamque canonibus, & constitutionibus Romanorum Pontificum, vel Episcoporum, quæ communitur publicantur, & ita vulgo notæ sunt, vt sit crassa ignorantia, quæ in hoc contingat: secus vero esse dicendum opinatur in constitutionibus, etiam Romani Pontificis, quæ non ita sunt publicæ, nec vulgo notæ, nec passim publicantur: quasi nullam faciat differentiam hic auctor inter constitutiones Romani Pontificis & Episcoporum. Eandem distinctionem sequutus Angelum, tandem probat Syluest. in verb. ignorantia. §. 8. ipse vero quoties Romanorum Pontificum canones poenam inferunt pro actu aliquo iure diuino minime damnato, sed tantum positum, arbitror ignorantiam iustam & inuincibilem huius prohibitionis excusare à peccato, & poena, nec in hoc est discrimen aliquod inter iura Rom. Pont. & Episcoporum: etenim non ita facile iusta & inuincibilis ignorantia contingit, nec presumitur circa Romanorum Pontificum canones, sicut in Episcoporum statutis, & constitutionibus: & tamen si detur inuincibilis & iusta canonum & legum iuris communis ignorantia dubio procul ea excusabit à culpa, peccato, & poena. Quod omnium consensu receptum est in c. 2. de constitution. tradit optime Alfonso à Castro. lib. 2. de potest. leg. penal. c. 14. vers. prima propositio. Quod si lex Pontificia poenam excommunicationis inferat pro actu iure diuino illicito & damnato: tunc aut ignorantia contingit in hoc, an ille actus reprobis sit, & illicitus: quo quidam casu inuincibilis & iusta ignorantia plane à culpa & poena excusabit, quod negari recte non potest. supina vero, & crassa ignorantia minime ignorantem constituit immunem à culpa, nec à poena: etiam in statutis episcoporum, & prouinciarum. Nam in hoc nulla potest iure constitui differentia: sed si contigerit ignorantia non in eo, an actus prohibitus & illicitus sit, sed in poena lege statuta: siquidem criminis auctor sciat actum prohibitu esse, & tamen ignorat, quæ sit transgressorii indicta poena: tunc siue ea ignorantia probabilis, iustave sit, siue supina, parum ad rem conducit, nec quoad leges, & canones Rom. Pontif. nec quoad episcoporum statuta: cū isthæc ignorantia nec constituit auctorem criminis inuoluntarium, nec ad actus malitiam pertineat, quæ satis aliquo cognita est ipsi delinquenti. Ex quibus vides lector optime, quàm inique distinctio fiat inter excommunicationem latam à Romano Pontif. & eius canonibus, ac excommunicationem illam, quæ constitutionibus episcoporum indicta fuerit.

Tertium

Tertium, quod hac in parte commodè potest examinari, & unica tantum conclusione constabit. In vincibilis ignorantia, iusta ve excusat ab illa peccati specie, & gravitate, quæ ratione qualitatis ignoratæ iure constituitur. Ad huius assertionis cognitionem, quo facilius intelligatur, exempli exponimus in eo, qui patrem occidit, ignorans illum esse parentem eius, ita quod licet nulla contingerit ignorantia circa simplex homicidium, quod quidem voluntarie commisit, tamen ex ignorantia in qualitate, an ille pater eius esset: patrem occidit involuntarius: quia si cognovisset illum esse proprium parentem, minime eum occidisset: huius etenim conclusionis ea est ratio, quod ignorantia iusta, & invincibilis, ideo excuset à peccato & illius pœna, quia constituit quem involuntarium, & excludit ab actu malitiam operis, à qua culpa procedit, sicuti ex Aristotele dicitur Thom. & aliis. satis superius probatum est: igitur quæ ex parte malitiam operis causa ignorantia cessaverit, & ratione involuntarij, ea quidè & excusabit ignorantia à culpa & pœna, ob culpam indictam: nam quemadmodum ignorantia eius, à quo solo pœdet tota malitia operationis, excusat à tota peccati malitia: sic ignorantia illius circumstantiæ, & qualitatis à qua partim malitia operis pendet, excusabit non à toto peccato, nec à tota malitia, sed tantum ab ea malitia, & ab ea peccati specie, quæ deducitur, ac constituitur ab illa circumstantia ignoratæ: ita sane Patriarcha Iacob dormiens cum Lya, putans illam esse Rachaelem, quæ sibi fuerat data in vxorem, excusatur omnino à peccato. *Genes. cap. 39.* ignoravit Lyam esse alienam ab eius coniugio: tota vero malitia peccati ab hoc pendebat, idcirco à toto peccato immunis est. Sed si quis cum aliqua moniali coierit, ignorans illam esse moniale, sciens tamen non esse propriam vxorem, non coituru s cu ea, si sciret eam esse moniale: quamvis hæc ignorantia invincibilis sit, non excusabit à peccato fornicationis, sed bene à peccato sacrilegij: denique hanc conclusionem principale probat eleganter S. Thom. 1. 2. *quest. 67. articulo. 1. & art. 3.* & ibi Caietan. idem Thom. in *quest. de malo. art. 6. 10a. Dried. de lib. Christi. an. l. b. 2. cap. ex supradict. consideratione. pag. 249.* Alfonso Castro *de potest. leg. pen. lib. 2. cap. 14. vers. secunda propositio.* Caro. Moli. in *conf. Paris. tit. 1. §. 30. q. 41.* & præter hos ex iuris civilis & Pontificij professoribus, nec desunt authores, nec legum aut canonum decisiones, quæ ad hanc rem commodè possint adduci: est sane textus hac de re optimus in *cap. si quis cum duobus. & cap. si quis. & capit. quidam. 3. q. 2. cum multis similibus.* Nam gl. per textum inibi Bart. Alber. Bald. & Angel. in *leg. si quis ignorans. ff. locat.* scribunt percipientem militem, vel magnatem, si ignoraverit eum esse talem minime puniendum fore pœna statuta contra percipientem militem, vel magnatè: sed tantum pœna percipientis privatum, quod satis probat Iurisconsultus in eo responso: idem probatur in *l. item apud La-beonem. §. si quis virginem. ff. de iniurijs.* vbi Alberic. etenim si quis virginem, aut matronam ancillari vestitam veste interpellaverit, ignorans eam virginem aut matronam esse, non tenebitur ea iniuriarum actione, qua teneretur matronam aut virginem interpellans. huc pertinet quod adnotarunt, gl. Bald. & alii in *cap. vnicuique modis feud. amit. tit. 17. Fendorf. & Dd. in cap. 1. quibus modis feud. amit. tit. 6. in princip. tenentes Vasallum non amittere feudum si dominum offenderit ignorans invincibili, & iusta ignorantia, eum esse dominum, vel si cum vxore domini adulteriū commiserit, ignorans eam domini vxorem esse. sic Donatarius offendens donatorem, ignorans eum donatorem esse, non amittet rem donatam, nec ea privabitur propter ingratitudinem. *ex leg. vltim. C. de reuocand. donat. vbi Franc. à Ripa hoc ipsum probat expressim, questione 21. quibus item accedit textus elegans in cap. si vero. in 2. sentent. excommunicat. quo probatur, non incidere in canonem, nec in eius excommunicationem eum, qui percussit clericum iusta & probabili ignorantia, ignorans eum clericum esse, cuius decisionis passim apud vtriusque iuris professores mentio fit, præsertim in dicta *leg. si quis ignorans. & in leg. si qua per calumniam. Cod. de episcopis & clericis. & in capit. secundo. de confis. ex quibus apparet, prædictam assertionem communem esse.***

Hinc multa inferri poterunt: primū equidem constat, ignorantiam, etiam iustam qualitatis, & circumstantiæ aggravatis delictum non excusare ab ipso communi delicto, nec ab eius pœna, nec à malitia, quæ à voluntate illud committendi deducitur. Hanc etenim minime excludit qualitatis ignorantia, cum in communi actus vitio minime contingat. hæc

vero illatio satis probatur ex prænotatis, & deinde in *l. qui nocentem. §. si iniuria. ff. de iniur.* quo in loco probatur Sempronium agere posse iniuriarum aduersus eum, qui existimans Titium esse, iniuriam ei irrogauerit. inquit enim Iurisconsultus: *Tertium sibi ego, licet ille putet me alium esse, quam Titium, & ideo iniuriarum habeo actionem. idem probat textus in l. aut qui aliter. §. si quis dam. ff. quod vi aut clam. l. scientiam. §. sed si defendendi. ff. ad l. Aquil.* qua in parte tractat de eo, qui causa vlciscendi lapidem in Titium emisit, & Petrum prætereuntem percussit. tenebitur siquidem non tantum ad damnum lege Aquilia, sed & alia pœna: tamen si ad damnum lege Aquilia teneretur, si defendendi causa lapidè proiecit, ac quo statim tractabitur in specie.

Secundo patet ex his, nihil ad rem pertinere, nec quidem excusare in delictis ignorantiam eius qualitatis, & circumstantiæ, quæ malitiam specialem non addit delicto: nam cum delictum atque ea qualitate, quæ ignoratur, perfectam eius criminis malitiam habeat, & voluntarium sit, nec de peccato tractetur puniendo ratione qualitatis ignoratæ, & cogitatur plane ignorantiam istam nequaquam considerandam fore: probat hoc text. in *l. doli verbum. §. si quis dolo. ff. de seruo corrupto. §. qui alienum. & l. vulgaris. §. si quis est. ff. de iur. vbi Bar. scribit in eo, qui aurum furrupit, ac furrupere putans, committere errorem in qualitate, quæ non facit cessare eundem animum furandi. quasi error contigerit in qualitate, quæ speciem distinctam criminis non constituit, aut saltem non tollit eius defectus malitiam furti, de quo punièdo agitur: vt denique, secus esset, si quis vas aureum furrupuerit credens esse proprium, non alienum: etenim hic contingit ignorantia in eo, quod ad malitiam criminis attinet. §. si quis. & §. sed si quis. sub ea leg. vulgaris.*

Tertio inferitur, ignorantiam qualitatis & circumstantiæ quæ delicti numero auget, & numero distinctum constituit, excusare à nono, & alio delicto. text. opt. in *d. l. cum qui. §. cum aliquis. ff. de iur. cum aliquis, inquit Paulus, filiumfam. putans patremfamilias, non potest videri iniuriam patri facere, non magis quam viro, si mulierem viduam esse credat. Hæc & similia tradit inibi Iurisconsultus, cuius præter Dd. in eo loco meminit Barto. in *l. d. nu. §. ff. de sicar. Henr. post. alius in d. c. si vero. in 2. sent. excom.* quæ quidem illatio satis probatur, si rationem ignorantie naturæ consideremus.*

Quarto hinc conuincitur, falsum esse quod Barto. scribit in *d. l. d. nu. 1.* his equidem verbis: & ideo si quis fureretur vas consecratum, cum putaret non consecratum, tunc inspicitur quod est sequutum, non quod putabat. sensus sane Barto. hunc furem non tantum furti crimen commisisse, sed & sacrilegium, atque huius pœna puniendum: quod mihi nec placet, nec iure defendi poterit, si constituamus vera esse, quæ paulo ante vers. tertium explicuimus. nec Barto. quidquam ad huius assertionis probationem allegat præter text. in *d. l. vulgaris. §. si quis. as. qui eius opinionem minime probat: sicuti apparet ex secunda huius questionis illatione. etenim si agimus de puniendo furto simplici, manifestum sit, non esse hunc errorem, vel ignorantiam, etiam inuincibilem considerandam: at si de puniendo sacrilegio tractetur, negari non potest, ignorantiam contigisse in ea qualitate de cuius punitione agitur: & ideo eam ignorantiam excusare probatissimi iuris est.*

Quinto colligitur ex prænotatis, ignorantiam contingente in eo à quo tota malitia actus pendet, excusare quidem omnino à peccato, & culpa, ac demum à pœna, quæ ratione culpæ pro eo crimine legibus statuta est. Huius illationi suffragatur text. in *leg. si cum seruo meo. ff. de iniur.* si cum seruo, inquit, meo pugnum ducere vellem, in proximo testante inuitus percussit, iniuriarum non teneor. idem constat in *d. lege scientiam. §. sed si defendendi. ff. ad leg. Aquil.* vbi Iurisconsultus respondet, proicièntè lapidem causa se defendendi in Titium teneri tantum lege Aquilia ad damnum: non autem de percussione ad pœnam, si Sempronium prætereuntem percussit: etenim actus defensionis à Titio aggressore licitus est: actus vero percussionis Sempronij, ipsaue percussio quoad Sempronium illicita, quia erat is innocens ab aggressione. tota igitur huius actus malitia potuit contingere quoad Sempronium, cuius ratione omnino fuit actio involuntaria propter iustum errorem, & ignorantiam, quo fit, à culpa quam in hac disputatione ex malitia metimur, liber sit in præfata specie, qui lapidem causa defendendi emisit: siquidem actus defensionis quoad Titium, licitus fuerit.

hinc, percussio autem in Sempronium illicitus, nisi ignorantia probabilis, & iusta quo ad hunc contigisset, culpamque abesse fecerit: atque ideo tota hac actio à malitia, culpa, & pena iustissime defenditur.

Sexto, inferitur quid dicendum sit in ea questione, quam Bar. in d. l. si cum seruo. exposuit, & idem diffiniuit in l. respicientem. §. delinquenti. ad finem. ff. de pena. scribens, quod si quis dolo volens occidere Titium, occiderit Sempronium, quem pu- volens occidere Titium, damnandus vt homicida erit lege Cor- tabat esse Titium, & sic pena ordinaria homicidii idem tenent melia de sicar. & sic pena ordinaria homicidii idem tenent And. de Herm. in consuetu. Neap. lib. 1. Rub. 13. de homi. pun. n. 5. & ibi Matth. 33. quam sententiam probat, & veram esse censet Carol. Molin. in consue. Parisien. tit. 1. §. 30. quafi. 41. numer. 153. tam- mesi Ang. in d. §. delinquenti. Flori. in d. l. scientia. §. sed si defendendi. lalam l. 1. num. 18. ff. de h. Lud. Carreus in practi. crim. tit. de homi- cid. §. secundo. numer. 57. Barthol. Capolla consil. 34. Ripa. in d. l. vlti. quafi. 21. C. de reuoc. don. n. 1. teneant, hunc homicidam respectu occisi dolo caruisse, & ideo non fore puniendum corporaliter, sed extra ordinem arbitrio iudicis, quoru sententia non potest iure defendi, si mature, quæ prenotata sunt, pensite- mus, quis enim nõ videt hunc homicidam animum habuisse occidendi hominem, & in id crimen consensisse: vt tandè plane compertum sit homicidium istud volutarium fuisse, atque ideo homicidii penam huic infligendam esse: nec verum est, nec id directo iudicio congruit, quod hic homi- cidam dolo caruerit: nam & si verum lit, eum ignorasse quis fuerit occisus, & vere si sciret quis is erat, non occidisset: hoc parum refert quoad generalem penam homicidii, cū hic non tractetur de puniendo eo, qui occidit Semproniu, aut Titium sed qui hominem occidit, puniendus est: alioqui sequeretur, esse necessariam scientiam specialem occisi, & eius cognitionem apud homicidam, vt is puniatur pena comunis homicidii: quia si cognouisset occisum, abstinuisset forsitan ab homicidio: quod falsum est omnino: satis e- quidem est, quod voluerit hominem occidere, & hominẽ occidit, quamuis in persona errauerit, vt puniri iuste valeat pena homicidii comunis, quod voluntate, & actu com- missit, nec circa id aliquam habuit ignorantiam, quæ actum reddat inuoluntarium, & prætere hic homicida in corpore non errauit, etiam si errorem habuerit in cognitione per- sonæ: intelligo autem non contigisse in corpore errorem, quia hominem ipsum homicida occidit, in quem telum di- rexit: quasi fortassis admittenda sit Angeli opinio, vt locus dicitur pœne extraordinariæ, si quis volens occidere Titiu, de cuius corpore ac persona minime habuit errorem percul- serit Sempronium, qui se medium obtulit incautus. etenim in hac specie potest dari aliqua discriminis ratio à præ- cedenti casu. Qua in re cogitandum esse cenfeo, & omnino perpendendam illationem primam, quam superius expli- cimus ex l. eum qui. §. si iniuria. ff. de iniuriis. & in leg. aut qui aliter. §. si quis dam. ff. quod vi aut clam.

Septimo, hinc erit exquirenda & examinanda vera ratio decidendi ad text. in c. si vero. in 2. de sent. excom. nam ex eo con- stat, non incidere in excommunicationem latam à cano- ne contra percipientem clericum, eum, qui etiam malo a- nimio Titium percusserit, probabiliter tamen ignorantia exi- stumans clericum non esse. Etenim quidquid alii scripse- rint ea, est propria ratio, quod ignorantia contingens in eo, cuius causa excommunicationis pena iure indicta est, om- nino ab ea pena excuset, quippe quæ actum effecerit quo ad illam qualitatem inuoluntarium: tamen si non excuset ab ordinaria pena percipientis quemlibet prinitatum homi- nem: quæ quidem ratio satis perspicua ex his, quæ modo late tradidimus.

Octauo, constat ex his intellectus ad textum in eodem cap. §. vero. nam si quis volens percutere Titium clericum, cui solimnicus est, sciens ipsum esse clericum, percusserit Pe- trum clericum existimans Titium esse, erit hic percussor excomunicatus canonis censura, Nulla siquidem in hac spe- cie contingit ignorantia, quæ constituat percussorem inuo- luntarium quoad clericum percussorem & iniuriam: quod probatur in dicta l. eum qui nocentem. §. si iniuria. atque expressim ad- monet Carolus Molinaus in d. §. 30. q. 1. nu. 152.

Nono, ad eisdem capituli interpretationem deducitur ve- re solutio huius questionis, quam tradit glossa in dicto c. si vero in verbo, ignorauerit. de illo qui percutere volens Marti- num laicum, errans in persona, Titium clericum percusserit, existimans illum esse Marti. laicum, nam gl. Alanum sequuta

cenfet, hunc percussorem in canonis excommunicatione incidere idem notant Hostien. ibi & Syluest. in verbo excom- munitio. c. no. ab. q. & tamen ab eadem decisione patet, con- trariam sententiam veriorum esse: nec potest constitui cõ- grua ratio differentie inter hanc questionem, & eam, quæ in dicto cap. si vero. per Romanum Pontificem diffinita fuit: hic etenim percussor Titium clericum percussit ignorans illũ esse clericum, & deinde credens ipsum esse Martinum lai- cum: imo idem esset, si sciret Titium clericum esse, sed tem- pore percussiois existimauit, illum esse Martinum laicum: non equidem est excommunicatus, sicut nec ille, qui per- cussit Titium clericum, cui inimicus erat, ignorans illum esse clericum: vt in dicto capitul. si vero. constat, atque ita contra Alanum tenuerunt ibi Tancredus, Innocent. Ioannes And. Anton. Anch. Abb. & Henric. quorum Opinio Communis est, & probatur ex his, quæ superius explicimus in hoc §. vers. 3.

Decimo, perpenis omnibus his, ego cenfeo, percus- sionem clericum, etiam si probabili ignorantia crediderit esse laicum, incidere in excommunicationem canonis, quoties eum animum habuit, vt nihilominus percuteret il- lum, si sciret eum clericum esse: nam ignorantia ista non est in hoc casu causa actus inuoluntarii: & ideo nequaquã excusat à pœnis canonis, quod eleganter sensit S. Thomas in dicta q. 76. artic. 1.

Vndecimo plane apparet, responsonem & decisionem tex. in dict. c. si vero. minime esse speciale in excommunicationis censura: nam idẽ erit in quacunq; alia pœna, quæ legibus statuta sit propter aliquam qualitatem à delinquente iusto errore ignoratã: quemadmodũ probatur ex his, quæ in dicto versic. tertium. latius adduximus: licet Bartol. in dicto l. diuus. ff. de sicar. cuius sententia cenfet singularẽ esse Fel. in dicto c. si vero ad finem. teneat in hoc speciale quid esse in excomunicatio- ne, & pœnis spiritalibus: quasi secus sit in pœnis tempora- libus quæ quidem differentia minime procedit, nec iure probatur, si consideremus aliquot Iurisconsultorũ respon- sa paulo ante à nobis citata.

Duodecimo, libet hoc in loco ex aduerso, querere de il- lo, qui Titium laicum percussit, existimans eum esse cleri- cum; & gloss. in dicto cap. si vero. opinatur, hunc percussorẽ esse excommunicatum propter animum, quem habuit, & vol- untatẽ percutiendi clericum: addit etiam gloss. hoc ita esse intelligendum, vt hæc excommunicatio liget, donec sciẽ- tiam is habeat veritatis, quæ quidem sibi non constat: nam semel ab ea constituitur excommunicatio; & hæc tollitur absque aliqua absolotione: quod est contra gloss. commu- niter receptam in Clement. 1. de decimis. in verb. donec. præsertim, quia nullibi in iure traditur hæc ad tempus excomunicatio. vnde licet glossam sequuti fuerint Host. Ant. & Henric. in dicto c. si vero. attamen Anchar. Abbas, & Fel. contrarium probant, & Frederi. cons. 13. glossa itidẽ communiter recep- ta in cap. in audientia de sentent. excommunicat. cuius meminit Fel. in tractat. quando conatus. fallen. 6. ex ea notans, quod in censuris quo ad hoc, vt quis excomunicacione afficiatur, & ligetur, animus non conscientia læsa nec conatus sufficit, est sane maximum discrimen inter conscientiam læsam errantem circa obligationem ad culpam, & conscientiam errantem, ac læsam circa excommunicationem: siquidem ex errore conscientie de obligatione ad culpam oritur culpa, quæ se- cluso errore nõ esset. Is etenim qui errore deceptus agitali- quid, putans id esse contra præceptum, vel legem Dei, vide- tur eo ipso præceptum, & præcipientem contemneret: saltẽ contemptu quodam interpretatiuo, qui sufficiens est ad ob- ligationem culpæ, vt scribit Thom. 1. 2. quæst. 19. art. 5. in respon- sione ad 3. Hic autem contemptus nõ est sufficiens, vt quis eo ipso sit excommunicatus, nisi à canone, vel à iudice ex- communicetur: sicuti sufficit, vt eo ipso sit culpa mortalis reus, quæ ratione qui actum aliquem fecerit conscientia læsa, existimans pro eo à iure fuisse sententiam excommuni- cationis inflictam, non erit ex hoc excommunicatus: ta- men si teneatur propter suam conscientiam erroneam ab- stinere ab his, quæ sunt interdicta excommunicatis, vt ex- plicat Alfonso. à Castro, lib. 1. de de potest. leg. pen. cap. 5. vers. lex hu- mana iusta. nec tamen erit irregularis, licet cum hac conscien- tie læsione & errore celebraverit.

Decimo tertio, ab his, quæ iam late probauimus, colligitur, ignorantiam inuincibilem, quæ iusta, & probabilis est, etiam excusare à peccato & illius pœna eum, qui operam dat rei illicitæ, nam ignorantia inuincibilis & iusta excusat omninõ

omnino à peccato illo inuoluntario, quod bñtur ex re ignorata: hic si quidem est proprius effectus ignorantia: inuincibilis, vt ratione inuoluntarij excuset à peccato: hic vero effectus pari ratione datur, & obtinet in eo, qui dat operam rei illicitæ, vt in eo qui dat operam licitæ actioni. quod satis eleganter S. Thom. docet in 1. 2. q. 76. art. 3. vbi expressim hoc ipsum notat Caiet. scribens, iudam illicite cognoscen- tem Thamar, nulum suam, non commississe incestum, etiã si operam dederit rei illicitæ, quia ignorantia habuit inuincibilem, sic & iacob etiam si causa delectationis vacasset actui conjugali, atq; ita daret operam rei illicitæ, cognoscens tamen Lyam, credens eius vxorem esse, minime peccato fornicationis foret culpandus. Nam cū vtroq; sit eadem causa, puta ignorantia inuincibilis, iusta, & inculpabilis, oportet vt in vtroq; casu sit inuoluntarium, & inde omnino sequitur, vt etiam vtroque sit excusatio peccati totius, quod proueniret ab illo ignorato, si cognosceretur: sicuti probare conatur subtili ratione Alfonso. a Cast. in dicta l. 2. de potest. leg. pen. c. 14. vers. secunda propositio. & probatur his quidem conclusionibus, & auctoritatibus quarum mentionem fecimus in hoc §. vers. tertiu. præsertim hoc constat in dict. c. si vero. vbi dans operam rei illicitæ propter inuincibilem ignorantia, excusatur ab excommunicatione iure indicta propter delictum, quod à re ignorata procederet, si cognosceretur. Nec quicquã refert, quod datam operam rei illicitæ imputatur quiddam inde sequitur, etiam præter eius intentionem, etiam casu. cap. continebat. de homi. & ibi Dd. Communiter. & Card. in d. c. si vero. de sent. excom. nam id est intelligendum vel quoad penam irregularitatis, quæ sape iure infligitur absque culpa quatenus culpa doli & malitiã significat, quod & alibi tractabitur. vel minime procedit, vbi proprie cõtingit ex ignorantia iusta & inuincibili defectus voluntatis, quæ necessaria est ad culpam & malitiã, eiusque pœnam constituendam. nec denique poterit cuiquã persuaderi distinctio illa operæ illicitæ, & licitæ, vbi ignorantia inuincibilis detur, quæ inuoluntariũ efficiat: si quis exacte, ac diligenter obseruauerit radicem, & veram huius materiæ cognitionem ex Aristotele, Iuriscõsultis, & ipsis adhuc canonicis decisionibus.

Decimo quarto, ex his deducitur vera interpretatio ad text. in dicto cap. si vero. in cuius casu & specie percutiens clericum ex ignorantia, non effugeret canonis excommunicationem, si ea ignorantia foret vincibilis, supina & crassa. quod inibi respondit gl. communiter recepta in verbo ignorauit. que quidẽ conclusio & præcedentem illationem firmiorem reddit, cum vere sit potius cõstituenda differentia inter ignorantiam inuincibilem, & crassam, vel supinã, quã inter operã licitam & illicitam. deinde satis apparet, non ex eo, percutientẽ clericũ, quẽ probabili ignorantia esse clericũ ignorauit, excommunicationem effugere, quod canon ad hanc excommunicationem exigat dolum, & malitiã, quæ abest ab ignorante, nec sufficiat culpa lata, quæ datur in eo, qui operam dabit rei illicitæ. Card. equidem & Felin. post alios in d. cap. si vero. Panormitan. in capitul. 2. numer. 6. de constit. & Syluest. in verb. ignorantia. quest. 8. & quidam alij, qui in d. c. 2. de constit. Abb. opinionem sequuti fuere, opinantur, ideo, in casu. d. c. si vero. percussorem clericũ immunem esse ab excommunicatione canonis, quia canonis dolum requiret, & vbi ad pœnam doli est necessarius, non sufficit culpa lata: nã quiddam sit de hac opinione. an pœna legis dolum exigentis habeat locum, vbi tantum sit culpa lata, de qua Bart. in leg. quod Merua. col. 7. ff. de pos. Dec. in capit. 2. de constit. Dd. in legat. in actionibus. ff. de in lit. iur. maxime idem Deci. numer. 19. & Frac. Duaren. num. 33. Zasius. lib. 1. singu. respons. capit. 2. nihil id pertinet ad casum, quo ignorantia sit iusta, aut inuincibilis: siquidem ea excusat etiam dantẽ operam rei illicitæ, vt expressim in d. cap. si vero. probatur, nec item quicquam opinio Abb. facit ad illius c. decisionem, cuius communis interpretatio dicitur, percutientem clericũ ex crassa ignorantia, incidere in excommunicationem canonis: & tamen ipsẽ Panorm. & eius sequaces fatentur regulariter, crassam ignorantia procedere à lata culpa, non à vero dolo. Vnde manifestũ sit, nõ recte à nostratibus perpensam fuisse rationem text. in d. cap. si vero. nos vero de his aliqua diximus in reg. possessor. de reg. iur. 2. part. §. 7. nu. 7. subinde constat quod vbi adest inuincibilis, & iusta ignorantia, ea excusat, etiam si det quis operam rei illicitæ, quiddam Doct. hac in re scripserint.

Illud sane prætermittendũ nõ est. tunc plurimũ referre, quod ignorans dederit operam rei illicitæ, an illicitæ, quo-

ties ignorantiam habuit crassam, aut supinã: siquidẽ quoad maiorem, & minorẽ culpam, & pœnã eius, qui ex ignorantia vincibili & supina fecerit actũ, considerandum est, an in dandis operam illicitæ actioni ex crassa aut supina ignorantia facit, nullã excusationem habet, quia non est ab illo per accitã cui operam dabit, & volens illam censetur eo ipso velle id, quod per se & necessario sequitur ex illa. Quod in istius ignorantia crassa non ideo diminuat malitiã operis, vt valeat illud transferre ab vna specie peccati, in qua collocaretur, si imo illud manet in ea specie peccati, in qua collocaretur, si esset ex industria factum: sic sane si quis dans operam rei illicitæ percussit Petrum, quem ex ignorantia crassa ignorat esse sacerdotẽ, peccabit peccato sacrilegii, & erit excommunicatus secundũ communẽ in d. cap. si vero. cuius mentionem fecimus, eadẽ ratione, si quis accedat ad meretricem, quam ex ignorantia crassa ignorat esse suã consanguineam, aut affinẽ, peccabit peccato sacrilegii, & erit excommunicatus secundũ communẽ in d. cap. si vero. cuius mentionem fecimus, eadẽ ratione, si quis accedat ad meretricem, quam ex ignorantia crassa ignorat esse suã consanguineam, vel affinẽ, nec effugiet pœnas pro peccato incestus lege statutas. ex quibus poterit intellectus deduci ad text. in c. si quis cum duabus. & in c. si quis cum matre. & c. vbi. 34. q. 2. vbi quis nõ punitur pœna incestus, si operã fornicationi exhibens cognouerit consanguineã, aut affinẽ ex ignorantia: exhibens enim procedit, quia ea ignorantia probabilis & inuincibilis fuit: alioqui si foret crassa, & supina, profecto punitus esset, vt incestus reus ex his, que modo diximus, quia operam dabit rei illicitæ, & ignorantia supinã habuit: non equidẽ diffiteor, imo æquum esse censeo, aliquid huic de ordinata pœna remittendum esse, quippe qui videam, hanc ignorantiam crassã, et si non valeat peccatũ ab vna specie in aliam mutare, aliquantulum malitiã mituere peccati, ex illa quidẽ quã haberet, si ea actio ex industria facta fuisset: quod omnes fatentur post Panormita. in dicto c. 2. de constit. num. 6. Sanctus Thomas 1. 2. q. 76. art. 4. Syluest. in verb. ignorantia. §. 4. & 8. Hadrian. quod l. 4. art. 1. Almain. in memorabil. cap. 4. idcirco & in actibus illicitis supina ignorantia modo affectata non fit, minorem culpam, & pœnam efficit.

Quod si quis dederit operam rei illicitæ, & iniustã, atque ita ex ignorantia crassa, ac vincibili malum egerit, multum equidem excusandus est: nam licet in totum à peccato non excusetur, tanta tamẽ in hac specie constituitur excusatio, vt malũ illud ex ignorantia crassa commissum non permittat manere in eadem specie peccati, in qua fuisset, si ex scientia fieret: quia malum hoc non est per se voluntariũ, sed tantũ per accidens, cum malum nusquam ex natura sua oriatur à bono, sed per accidens. Hic vero intelligo per accidens esse malum voluntarium, etiam quantum ad obiectũ peccati: nam non fertur volũtas per se, nec directe, sed interpretatur in obiectum, vnde peccatum sumitur: siquidem peccatũ dicitur ex ignorantia, quæ non fuit directe voluntaria, imo indirecte, quia noluit adhibere diligentiam, quam tenebatur ad vbi quis dat operam rei illicitæ, licet habeat ignorantia, que tamen crassa sit, & vincibilis, voluntas eius directe fertur in obiectum peccati, seu in obiectum, vnde peccatũ sumit speciem, & sic actum, qui est contrarius virtuti: per accidens autem fertur in actum contrarium virtuti, & sic in peccatum: vt Sanctus Thomas tenet in dicto artic. 4. vbi eius sensum explicat optime Caiet. scribens, quod qui scienter peccat, voluntarie fertur in actũ contrarium virtuti directe & per se, quippe qui sciat, illum esse contrarium virtuti, & nihilominus eum eligit, & agere vult: sic etenim directe, & per se fertur eius volũtas in peccatum.

Hinc inferitur, quod iacob quando dormiuit cum Lyã, quæ non erat sua, si ignorasset crassa ignorantia illam non esse suã, admonuerat enim illum aliqua fœceri ancilla de illusione futura. & ex negligentia noluit explorare: tunc dormiens cum Lyã nõ fuisset omnino excusatus à peccato, quia reuera peccauit: fuisset tamen excusatus à peccato, & illius specie, quæ ex certa scientia in eo casu contingeret. Non enim diceretur iacob commississe fornicationem, quia non fuit ab eo per se volita, nec in animum eius inducta, & subinde à pœna huius criminis foret excusandus: quemadmodum tradit Alfonso à Cast. de potest. leg. penali. libro secundo, capitul. 14. versicu. Nec refert text. opt. in capitul. in lectum v. r. 14. quest. 2. vbi excusatur à peccato Incestus maritus ipse, in cuius lectum foror fuit vxoris, quam quidem putauit suã.

